



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... h. e. ocreas notat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

L I B E R P R I M U S . 89

quæ pro calceo est , hac forma nusquam occurrere. Quin alibi ὑπεστηνεται esse calceum. Hoc utique verum est. Ubique ὑπεστηνεται est calceus , ὑπεστηνεται hoc uno tantum loco occurrit. Lices vero calceus ubique ὑπεστηνεται dicatur , nusquam ὑπεστηνεται , tamen eam vocem in calcei significatione sumendam arbitror. Vel sexcenta adhuc sunt loca apud Talmudicos , in quibus ὑπεστηνεται est calceus. Interpretor vero hic κυμιδας five oreas , quas in præliis antiqui in duebant. Solitos veteres , cum ad prælium irent , ocreis , quas κυμιδας Græci vocant , quæque ex ære vel ferro conflatae erant , munire pedes , vel ex uno Homero constat. Inter arma , quibus Heroas suos instruit , κυμιδæ ferè semper memorantur. Atque hoc armaturæ genus apud Græcos veteres fuisse frequentissimum vel ex eo epitheto discimus , quo Achæos vocat χαλκοκυμιδæ Αχαις. In Hesiodi Scuto cum aureo thorace induit Hercules Hes. Scut. Ns 122. κυμιδæ ὀρειχάλκιο φανερος oreas ex orichalco splendido.

Ω⁵